DE VTILI SALVIANO INTERDICTO TRACTATVS

AVCTORE BARTOLOMEO SCALVCCINO

Patritio Rauennaten. I.V.D.

ET IN ALMO PATRIÆ GYMNASIO PVBLICI
Lectoris munere fungente.

SECVNDA EDITIO.

Vnà cum triplici Indice melior, correctior, & nouis, optimiſque ADDITIONIBVS auctior.

Ad Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D.

D. SEBASTIANVM GENTILEM

V. Sign. Referend. & S. Conſ. Prælatum.



IN AVGVSTA PERVSIA.

Ex Typographia Petri Thomaſij M.DC.XXXVIII.

Superiorum permiſſu.

BIBLIOTECA ... VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. Domino

D. SEBASTIANO GENTILI

PETRVS THOMASIVS F.

QVÆSIVI diu, quod poſſem Tibi munus offerre debitę venerationis, nec vllum à tenuitate mea occurrebat ſatis dignũ meritis tuis. Mancipata ſępe ipſis Auctoribus pręla, non ea, quę equidem nomina maluiſſem, expreſſere. ſed liberum tandem fuit: & vna opera Studioſorum flagitationibus obuiam itum eſt, ſimul voto meo factum ſatis. Hunc igitur dono & dico libellum, compoſitu veterem, ſed cultu nouum auctumq;, ita ſpontè ſua properantem ad Te, vt non tam repetita editionis luce, quàm affuſo Tui Nominis lumine videatur gauiſurus; nec magis adeò pręſenti olim purpura eni-

TRACTATVS DE VTILI SALVIANO INTERDICTO.

AVTHORE BARTHOLOMAEO SCAPVCCINO
Patritio Rauennatenſi I. V. D.

CVM ADDITIONIBVS.

ARGVMENTVM.

Saluianum quid; vnde dictum, & quare inuentum.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum interdictum quid ſit.*
2 *Interdictum pluribus reſpectibus dicitur.*
3 *Interdicta omnia poſſeſſoria ſunt, vel quaſi.*
4 *Saluianum interdictum eſt adipiſcendæ.*
5 *Interdictum Saluianum vnde dictum.*
6 *Interdictum Saluianum ſuccurrit Domino fundi locati immediatè.*
7 *Saluianum à Seruãdo dictum.*

QVÆSTIO PRIMA.

INITIVM MEVM A' DOMINO. Inchoando igitur tractatum hũc de Saluiano Interdicto. Primò eſt ſciendum pro cognitione terminorum, quòd Saluianum interdi-
1 ctum †eſt actio in factũ prætoria, cauſa poſſeſſionis adipiſcẽdæ comparatũ, quo vtitur Dominus fundi de rebus Coloni, (vel alius Creditor) quas is pro mercedibus fundi, vel alijs damnis illatis fundi pigoora futuras pepigit, quæ definitio ferè literaliter habetur *inſ. interdictum quoque Inſt. de interdict.*

ADDITIO.

VLtra dicta per Auctorē ſupra lib. 1. queſt. 16. & Pacif. de Salu. inſp. 3. cap. 3. nu. 23. & ſeqq. uide Genc. de Cenſib. par. 1. cap. 2. q. 3. art. 5.

ARGVMENTVM.

Exceptio, quod Creditor aſſequutus ſit partem bonorum Debitoris contra alium tertiū poſſeſſorem eodem remedio, an obſtet in huiuſmodi iudicio Saluiani.

SVMMARIVM.

1 *Variatio non admittitur poſt electionem.*

2 *Hypothecaria actio datur inſolidum ad omnia bona Debitoris.*

3 *Creditor habens plures inſolidum obligatos ſi primo agit contra vnum, non tamen ei denegatur, quin contra alios inde experiri valeat.*

4 *Saluianum interdictum datur ad omnia bona Debitoris in ſolidum.*

5 *Creditor pluriū rerum alternatiuè facta electione unius, non poteſt amplius variare.*

QVÆSTIO XV.

QVæro ſucceſſiuè, an Actor repelli poſſit ex eo, quod aſſequutus ſit aliqua bona ab alio Tertio poſſeſſore de iuribus Debitoris hoc eodē remedio, in quibus ſatisfieri valet de eorum fructibus.

Et repellendum eſſe videbatur per doctrinam *Bart. in l. eum qui certarum, §. fin. ff. de verbor. obligat.* per eum text. vbi dicit quod cum Creditor
1 † habet plures res obligatas, in quibus ei datur electio, ſi ſemel vnam elegit poſt litem cōteſtatam, non licet variare, ſiue electio proueniat ex legali diſpoſitione, ſiue ex diſpoſitione hominis, *l. 3. §. generaliter, ff. de eo, quod certo loco.*

Contrarium tamen magis verius eſt, ea potiſſimum ratione, quia Saluianum interdictum nō mouetur, niſi adeſt
2 hypothecaria † quæ datur in ſolidum, vt eſt textus literalis in *l. Moſchis. ff. de iur. Fiſc.* *vbi gloſ. & Bart.* igitur non poteſt Actor ſubmoueri huiuſmodi exceptione, ſi de præſenti agat contra alia bona ſibi generaliter obligata; Hæc eſt enim natura hypothecariæ actionis, vt auocet omnes res & omnia bona Debitoris loco

REGESTVM.

†ABCDEFGHIKLMNOPQRS;

Omnes ſunt Quaterniones, præter S, Duerniones.

PERVSIÆ.

Ex Typographia Petri Thomasij MDC. XXXVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA